

6 Anhang

Tabelle 7 Vergleich *Historia im CR* mit verschiedenen Versionen der *Zenovita*

<i>Historia Dum Zeno pontificatus honore</i> (CR)	BHL 9001 ¹	BHL 9003 ²	BHL 9004 ³	BHL 9006 ⁴	BHL 9007 ⁵
A1 Ab utero matris fuit sanctificatus beatus Zeno et a cunabulis benedictus.	Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat.	Igitur ille a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat.	Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat.	fehlt	Fuit quippe a matris utero sanctificatus et a cunabulis benedictus.
A2 Probitatis et scientiae iugibus incrementis ad hoc pertingere meruit ut per sacerrimam vitam pastor in populis efficeretur.	fehlt et ad hoc pertingere meruit, ut per vitam sanctam pastor in populo esse mereretur.	fehlt et ad hoc pertingere meruit ut et vita sancta et pastor in populo esse mereretur.	fehlt et ad hoc pertingere meruit ut et vita sancta et pastor in populo esse mereretur.	fehlt	Probitatis atque scientiae iugibus incrementis ad hoc pertingere meruit ut per sacerrimam vitam fieri pastor in populo mereretur.

¹ Aus: Sala: Il culto di Zeno nei secoli VIII–IX, S. 29–32.

² Aus: Angelo Grazioli: San Zenone di Verona, in: La scuola cattolica 68, 1940, S. 174–199, hier: S. 193–195.

³ Wortlaut der Handschrift Firenze BN Conv. Soppr. 182, ff. 216r–218r (10. Jhdt.).

⁴ Wortlaut der Handschrift Firenze BML Plut 30.I sin., ff. 24v–25v (12. Jhdt.).

⁵ Aus meiner Edition von BHL 9007 (siehe Kapitel 3.3.3, S. 87–91).

A5 Dum exercitio piscationis fungeretur in fluvio vidit quemdam hominem in plaustro sedentem per praeceps in amnem demergi.	in fluvio Athesi piscationem dum ageret, vidit de contra quemdam hominem in plaustro sedentem, bubus subiunctis, mergi in flumine.	in fluvio Adese piscationem dum ageret erectis sursum oculis vidit e contra quemdam hominem in plaustro bovibus subiunctum mergi in flumine.	in fluvio Atise piscationem dum ageret vidit de contra quemdam hominem in plaustro bovibus mergi in flumine.	Cum quadam die a monasterio egressus in flumine Attice piscationem ageret vidit de contra quemdam hominem in plaustro bovibus mergi in flumine.	Dum egrediens idem vir a monasterio in Athesis fluvio piscationis exercitio fungeretur erectis sursum oculis vidit ex adverso quemdam hominem in plaustro sedentem bubus subiunctis per praeceps in amnem dimergi.
A6 Vir Dei, elevata sursum manu, fecit signum crucis dicens: „Revertere retro Sathanas, ne perimas hominem quem Deus creavit.“	Et quidem sanctus vir [...] Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: „Revertere retro Sathanas, ne perimas hominem, quem Deus creavit.“	Et quidem sanctus vir [...] Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: „Revertere retro Sathanas, ne perimas hominem, quem Deus creavit.“	Et quidem sanctus vir [...] Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: „Revertere retro Sathanas, ne perimas hominem, quem Deus creavit.“	Et quidem sanctus vir [...] Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: „Revertere retro Sathanas, ne perimas hominem, quem Deus creavit.“	Sanctus itaque vir Dei [...] elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice et dixit: „Revertere retro Sathana ne perimas hominem quem Deus creavit.“
A7 Beatus Zeno dixit: „Non te permittit Dominus aliquid agere adversus servum suum.“	Tunc sanctus Dei Zeno ait: „Non te permittat Dominus agere adversus servum suum.“	Tunc sanctus Dei Zeno ait: „Non te permittat Dominus agere adversus servum suum.“	Tunc sanctus Dei Zeno ait: „Non te permittat Dominus agere adversus servum suum.“	Tunc sanctus Dei Zeno ait: „Non te permittat Dominus agere adversus servum suum.“	Sanctus autem Dei Zeno dixit: „Non te permittit Dominus aliquid agere adversus servum suum.“

A8 Miserabilis pater totaque domus regia maerore affligebatur eo quod acriter puella suffocaretur.	Tunc miserabilis pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatur affligebantur, eo quod sic crudeliter suffocaretur.	Tunc miserabilis pater simulque et tota domus regia in tristitiam versa cruciatur affligebatur eo quod sic crudeliter suffocaretur.	Tunc miserabilis pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatur affligebantur, eo quod sic crudeliter suffocaretur.	Miserabilis ergo pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatur et maerore ingenti affligebantur eo quod tam acriter puella suffocaretur.
A9 Sacerdos Dei Zeno sedebat super lapidem super proximo monasterii apostolicae documenta sequens piscabatur in flumine.	Ille enim sedebat super lapidem, qui in proximo monasterii erat, et piscabatur in flumine.	Ille enim sedebat super lapidem qui in proximo monasterio erat et piscabat in flumine.	Ille enim sedebat super lapidem, qui in proximo monasterii erat, et piscabatur in flumine.	Ille vero sedebat super lapidem qui in proximo erat monasterii et artis apostolicae instrumenta baiulans ex more piscabatur in flumine.
R2 Ab utero sanctificatus beatus Zeno et a cunabulis benedictus, ad hoc pertingere meruit ut pastor in populis per sacerrimam vitam efficeretur. V In omnem terram sonus exiit	Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat, et ad hoc pertingere meruit, ut per vitam sanctam pastor in populo esse mereretur; et ideo quia in omnem terram exiit sonus	Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat et adhuc pertingere meruit ut et vita sancta et pastor in populo esse mereretur. Ideo quia quia in omni terra exiit sonus	Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat et adhuc pertingere meruit ut et vita sancta et pastor in populo esse mereretur. Ideo quia in omnem terram exiit sonus	Fuit quippe a matris utero sanctificatus et a cunabulis benedictus [...]. Denique probitatis atque scientie iugibus incrementis ad hoc pertingere meruit ut per sacerrimam vitam fieri pastor in

conversacionis eius et sanctitas luculenter emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	populo mereretur. [...] in omnem terram sonus exit conversacionis eius et sanctitas luculenter emicuit.
R3 In secretiori parte oratorii continuis ieiuniis et crebris orationibus a Domino petebat ut sibi dignaretur aditum praedicationis in populos aperire. V Ad convertendas in amore Christi animas hominum die noctuque deditus erat.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	Erat enim sedens in monasterio in secretiori parte oppido Veronensi, continuis ieiuniis et crebris orationibus a Domino petens, ut sibi dignaretur aditum praedicationis in populos aperire. Denique ad convertendos in Christi amorem animos hominum de die in diem deditus erat.
R4 Affabilis ita erat in sermonibus et mansuetudine atque habitu mitis ut Deus	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	Erat enim sedens in monasterio in secretiore parte in oppido Veronense ad convertendas in Christi amore animas hominum petitus erat.
	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	conversacionis eius et sanctitas emicuit.	Ita sane affabilis erat in sermone et in mansuetudine seu in habitu mitis ut iure

<p>in ipso conlaudaretur ab omnibus ad se venientibus.</p> <p>V Ita existebat alacer ut mox ad eum properantes relictis idolis Domino crederent Iesu Christo</p>	<p>in ipso conlaudaretur ab omnibus venientibus ad se;</p> <p>et ita alacer, ut mox relictis idolis Domino Iesu Christo crederent.</p>	<p>poterat videri conlaudaretur ad omnibus apparentibus et venientibus ad se ita alacer erat ut mox relictis idolis Domino Ihesu Christo crederatur.</p>	<p>conlaudaretur ab omnibus apparentibus et veniendo ad se. Ita alaceris ut ex ipsius sancto eloquio mentes vel corda hominum accenderentur sicut scriptum est.</p> <p>Ita alaceris ut ex ipsius sancto eloquio mentes vel corda hominum accenderentur.</p>	<p>conlaudaretur ab omnibus apparentibus et veniendo ad se. Ita alaceris ut ex ipsius sancto eloquio mentes vel corda hominum accenderentur sicut scriptum est.</p> <p>Ita alacer et splendido nitore facundiae vividus ut mox ad eum properantes relictis idolis et pravitate gentilitatis exempti Domino crederent Iesu Christo.</p>	<p>Deus in ipso collaudaretur ab omnibus venientibus ad se.</p> <p>Ita alacer et splendido nitore facundiae vividus ut mox ad eum properantes relictis idolis et pravitate gentilitatis exempti Domino crederent Iesu Christo.</p>
<p>R5 Dum in fluvio Athesis piscationis exercitio fungeretur, erectis sursum oculis, vidit quandam hominem in plastro sedentem, bubus subiunctis, in annem dimergi.</p>	<p>in fluvio Athesi piscationem dum ageret, erectis sursum oculis vidit de contra quandam hominem in plastro sedentem, bubus subiunctis, mergi in flumine.</p>	<p>in fluvio Adese piscationem dum ageret.</p>	<p>in fluvio Atise piscationem dum ageret erectis sursum oculis vidit de contra quandam hominem in plastro bovibus mergi in flumine.</p>	<p>per idem tempus iuxta eam civitatem Veronam haec in propinquo itinere egrediente eodem viro a monasterio in fluvio Atise piscationem dum ageret erectis sursum oculis vidit de contra quandam hominem in plastro bovibus mergi in flumine.</p>	<p>dum egrediens idem vir a monasterio in Athesis fluvio piscationis exercitio fungeretur erectis sursum oculis vidit ex adverso quandam hominem in plastro sedentem bubus subiunctis per preceps in annem dimergi.</p>

V Tanta enim velocitate ferebatur ut cunctis ostenderetur antiqui hostis arte peractum.	Tanta enim velocitate ferebatur, ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum.	Tanta enim velocitate ferebatur ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum.	Tanta enim velocitate ferebatur ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum.	Tanta quippe miserabilis velocitate ferebatur ut palam cunctis cernentibus daretur intellegi hoc diaboli arte fuisse peractum.
R7 Festinans itaque daemon ingressus est palatium caesaris Gallieni et comprehensam eius unicam filiam coepit eam crudeliter vexare.	Festinans daemon ingressus est domum palatii Gallieni; comprehensam filiam eius, quae eo tempore parentibus unica erat, coepit crudeliter vexare.	Festinans daemon ingressus palatium Gallieni comprehensa filia quae tunc in tempore parva erat et a parentibus unica coepit crudeliter vexari.	et festinans daemon ingressus palatium Gallieni comprehensa filia quae tunc in tempore parva erat et a parentibus unica coepit crudeliter vexari. Tunc miserabilis pater simulque et tota domus regia in tristitiam versa cruciatus affligebatur.	Festinans itaque daemon ingressus est concite palatium caesaris Gallieni arreptamque filiam eius quae tunc temporis unica parentibus erat, coepit crudeliter vexare. Miserabilis ergo pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatus et maerore ingenti affligebantur.
V Miserabilis pater simulque tota domus eius cruciatus et maerore affligebatur.	Tunc miserabilis pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatus affligebantur.	Tunc miserabilis pater simulque et tota domus regia in tristitiam versa cruciatus affligebatur eo quod sic crudeliter suffocaretur.	Tunc miserabilis pater simulque et tota domus regia in tristitiam versa cruciatus affligebatur eo quod sic crudeliter suffocaretur.	Miserabilis ergo pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciatus et maerore ingenti affligebantur.
L-A1 Dominus Iesus Christus omnipotens est, oportet enim ut mirabilia Dei	„Dominus Iesus Christus omnipotens est. Ite“ – inquit – „ecce ego subsequor	quia Dei mirabilia oportet ut omnibus	Ille vero dixit eis: Ite, inquit, ecce ego subsequor vos quia Dei mirabilia oportet	Dominus Iesus Christus omnipotens est. Ite“, inquit, „ecce ego paulatim

omnibus manifestentur.	vos, quia Dei mirabilia oportet ut omnibus manifestantur.“	manifestentur.	ut omnibus manifestentur.	subsequor vos. Oportet enim ut mirabilia Dei luce clarius manifestentur.“
L-A2 Exurgens beatus sacerdos fecit orationem perrexitque ad palatium ubi affligebatur pro sua filia rex.	Exurgens vero sanctus fecit orationem, et perrexit ad palatium ubi cruciabatur et affligebatur pro sua filia imperator.	Exurgens autem sanctus sacerdos fecit orationem perrexitque ad palatium ubi cruciatus rex affligebatur per sua filia.	Exurgens autem sanctus sacerdos fecit orationem perrexitque ad palatium ubi cruciatus rex affligebatur per sua filia.	Exurgens vero beatus sacerdos verone diucius absconderetur civitas super montem domus Domini posita fecit orationem perrexitque ad palatium ubi affligebatur pro sua filia rex.
L-A3 Ingreddiente Christi confessore palatium factu crucis signo per os puellae daemon clamavit dicens: „Tu, Zeno, venisti ad expellendum me et propter tuam sanctitatem stare non possum.“	Facto vero crucis signo, ingrediente Christi sacerdote palatium, coepit mox per os infantulae daemon clamare dicens: „Ecce tu, Zeno, venisti ad expellendum me, et ego propter tuam	Facto vero crucis signo ingrediente sacerdote palatium coepit mox per os infantile daemon adclamare dicens: „Ecce, Zeno, tu venisti ad expellendum me et ego stare propter tuam sanctitatem	Facto vero crucis signo ingrediente sacerdote palatium coepit mox per os infantile daemon adclamare dicens: „Ecce, Zeno, tu venisti ad expellendum me et ego stare propter tuam sanctitatem	Ingreddiente siquidem Christi confessore sacerdote palatium et factu crucis signo coepit confestim per hos infantulae daemon clamare dicens: „Ecce, tu Zeno, venisti ad expellendum me et ego propter tue

	sanctitatem stare non possum.“	non possum.“	non possum.“	pavorem sanctitatis hic stare non possum.“
L-A4 Tenens beatus Zeno manum puellae dicens: „In nomine Domini mei Iesu Christi praecipio tibi exi ab ea daemon.“	tenens sacerdos manum puellae dicit: „In nomine Domini Iesu Christi praecipio tibi, exi ab ea daemon.“	tenens sacerdos manum puellae continuo exit daemon.	tenens sacerdos manum puellae continuo exit daemon et adclamare publica iam voce coepit dicens.	tenens sacerdos manum puellae dicit: „In nomine Domini nostri Iesu Christi praecipio tibi exi ab ea daemon.“
L-A5 Christi namque sacerdos ab omni daemonicae incursionis ludificatione sanam restituit filiam regis.	Christi itaque sacerdos sanam restituit imperatoris filiam.	Sanam vero reddens restituit regi filiam. ⁶	sanam vero reddens restituet regi filiam.	Christi namque sacerdos sanam mox ab omni daemonicae incursionis ludificatione restituit filiam regis.

6 Sanam...filiam] Der Text von BHL 9004 wird in Firenze BN Conv. Soppr. 182 durchgestrichen und mit dem Wortlaut von BHL 9007 ersetzt: *Christi namque sacerdos sanam mox ab omni demone incursionis ludificatione restituit filiam regis*. Sowohl die Handschrift als auch die Hand, die den Nachtrag hinzufügte, können ins 10. Jhdt. datiert werden. Sie liefern somit einen weiteren Beleg dafür, dass BHL 9007 im 10. Jhdt. im Umlauf war.

Tabelle 8 Vergleich BHL 9001 – BHL 9007

1	BHL 9001 ⁷	BHL 9007 ⁸
		<p><i>Pontificum splendor, iustorum norma virorum, Aequilibra Zeno trames et ordo boni. Acta viri, cuius totum respersa per orbem, Quanta nequit dextra scribere lingua loqui. Sed tamen e multis perstringam pauca legenti, In quibus antistes fulserit ille sacer. Pro dolor!, antiquo quidam correptus ab hoste In fluvium sese precipitando ruit. Tunc crucis efficiens sacraetae signa subinde Mortis ab articulo sustulit ipse pater. Ipse domum petit Gallieni caesaris in qua Nata iacet gravibus exagitata malis. Illam namque taeter vexabat spiritus unde In luctum mater verititur atque pater. Sed Domini veniens ad regis iussa sacerdos. Cum iubet obsessam deserit alta gemens. Hoc etiam minitans quod non post multa Veronae, Impedimenta sui sint subeunda sibi; Cuius amore stilo depinximus ista redemptor Illius munda crimina nostra prece.</i></p>

7 Aus: Sala, *Il culto di San Zeno nei secoli VIII e IX*, in: *Annuario storico Zenoniano* 7 (1990), S. 19–36, hier: S. 29–32.

8 Eigene Edition aus den zwei ältesten Textzeugen, Novara BC II und Novara BC LXIII (siehe Kapitel 3.3.3., S. 87–91). Rathers Zusätze kursiv.

2	<p>In diebus illis in provincia Italia, in civitate Verona, in qua beati Zenonis acta claruerunt, evolvimus tanti viri virtutes. Sic enim est humana mens ad investigandas sanctorum vitas, tamquam quis ille sitiens, ardore solis adustus concupiscat fontium fluenta, aut quis desideratissimum nuntium audire cupiat, vel etiam quis deliciarum epulis enutritus, in quodam longinquo itinere positus, ad rem pervenire suae mentis satietatem cupiat. Ita et ego tanti viri, quamvis ad omnia quaeque egit vel in conversatione vel etiam in miraculis explorare non valeo, attamen quantum attingere pro parte possum, enarrare non desisto, ne quis ille lector derogat, aut audiens legentem desidioso animo detrahat, cum scriptum sit: Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahunt mihi; et quia ipse Dominus dixit bona operantibus: Priusquam te formarem in utero novi te, et antequam exires de ventre sanctificavi te.</p> <p>Ille enim a cunabulis benedictus et a ventre sanctificatus erat, et ad hoc pertingere meruit, ut per vitam sanctam pastor in</p>	<p><i>Olim peritissimum disciplinabilis mos exiit virorum indagatione diligenti sanctorum vitas exquirere earumque seriem stili officio sollicitae ac rationabiliter memoriae posteritati assignare, quatenus ob suae studium doctrinae ipsorum in orbe imitatione potirentur et eorum quandoque consortio in perhennis vitae gloria fruere. Sic etenim instat sapientis mens ad investigandas sanctorum vitas, tamquam si aliquis sitiens ardore solis adustus, avidae fontium concupiscat fluenta, vel etiam si quis desideratissimum ex remota regione audire ambiat nuntium, aut certe si quislibet deliciarum dapibus enutritus, in quodam longinquo itinere positus esuriens, ad solitiam sui cupiat ventris pervenire satietatem.</i></p> <p><i>Nos itaque licet eis, qui talia conscribere, simul scientia impares, et penitus ad exprimenda, quae gestimus inefficaces, quoniam rei materiam verborum composito non aequiperat, ea tamen, quae de beati Zenonis virtutibus vel scriptis vel faminibus ediscere valuimus disseramus.</i></p> <p><i>In diebus imperatoris Gallieni, qui per successiones caesarum vigesimus septimus in eorum est catalogo subrogatus, quo etiam tempore, Dionisius vir reverentissimus a beato Petro apostolo vigesimus tertius Romanae praesidebat ecclesiae, in provincia Italia in civitate Verona beati Zenonis acta claruerunt. Cuius viri virtutes ad liquidum, quas in conversatione vel in miraculis peregit, explicare non sufficientes, aliquas tamen iuxta, quod attingere possumus, enarrare veridica ratione conamur. Fuit quippe a matris utero sanctificatus, et a cunabulis benedictus, ut assertione divina in eo repeti videretur, quod Hieremiae dictum est: „Priusquam te formare in utero, novi te et antequam exires de ventre sanctificavi te.“ Denique probitatis atque scientiae iugibus</i></p>
---	---	---

	<p>populo esse mereretur; et ideo quia in omnem terram exiit sonus conversationis eius et sanctitas emicuit audiant populi omnes, qui eius cupiunt miracula.</p>	<p><i>incrementis</i> ad hoc pertingere meruit, ut <i>per sacerrimam vitam fieri</i> pastor in populo mereretur. <i>Nempe</i> audiant populi omnes, qui eius cupiunt <i>nosse</i> miracula, quia in omnem terram sonus exiit conversationis eius et sanctitas <i>luculenter</i> emicuit.</p>
<p>3</p>	<p>Erat enim sedens in monasterio in secretiori parte in oppido Veronensi, continuis ieiuniis et crebris orationibus a Domino petens, ut sibi dignaretur aditum <i>melliserae</i> praedicationis in aperire. Denique ad convertendos in Christi amorem animos hominum de die in diem deditus erat. Revera quia in ipso spiritus sanctus doctor erat, sicut ipsa veritas per se loquitur dicens: „Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis“ et illud: „Ego sum pastor bonus, et animam meam pono pro ovibus meis“. Ita ergo in sermone affabilis erat, et in mansuetudine et in habitu mitis, ut Deus in ipso conlaudaretur ab omnibus venientibus ad se; et ita alacer, ut mox relictis idolis Domino Iesu Christo crederent.</p>	<p>Erat enim sedens in monasterio in secretiori parte oppidi Veronensis, continuis ieiuniis et orationibus crebris a Domino petens, ut sibi dignaretur aditum <i>melliserae</i> praedicationis in populos aperire. Igitur ad convertendas in amorem Christi animas hominum <i>die noctuque</i> deditus erat. Revera quoniam sanctus ei spiritus <i>purarum illuminator mentium</i> doctor existerat, sicut ipsa veritas loquitur dicens: „Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.“ Ita <i>sane</i> affabilis erat in sermone et in mansuetudine, seu in habitu mitis, ut <i>iure</i> Deus in ipso collaudaretur ab omnibus venientibus ad se, ita alacer et <i>splendifico nitore facundiae vividus</i>, ut mox <i>ad eum properantes</i> relictis idolis et <i>pravitae gentilitatis exempti</i> Domino crederent Iesu Christo.</p>
<p>4</p>	<p>Per idem vero tempus cum iuxta civitatem Veronam, quae in propinquo erat itinere, egrediente eodem viro a monasterio, in fluvio Athesi piscationem dum ageret, erectis sursum oculis vidit de contra quemdam hominem in plaustro sedentem, bubus subiunctis, mergi in flumine. Tanta enim velocitate ferebatur, ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum. Et quidem sanctus vir, elevans oculos dum vidisset, cognovit hoc factum diaboli esse. Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: „Revertere retro Satanas, ne perimas hominem, quem</p>	<p>Per idem tempus iuxta urbem Veronam, <i>dum egrediens idem vir a monasterio in Athesi fluvio piscationis exercitio fureretur</i>, erectis sursum oculis vidit <i>ex adverso</i> quemdam hominem in plaustro sedentem bubus subiunctis <i>per praeceps in amnem dimergi</i>. Tanta <i>quippe miserabilis</i> velocitate ferebatur, ut <i>palam cunctis cernentibus daretur intellegi</i>, hoc diaboli arte fuisse <i>peractum</i>. Sanctus itaque vir, <i>dum intentis luminibus hoc a longe prospiceret</i>, cognovit <i>limphaticam viri ruina</i> factum diaboli esse. <i>Interea</i> vir Dei elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice et dixit: „Revertere retro Sathana, ne perimas hominem</p>

	<p>Deus creavit". Quod signum diabolus ut vidit, evanuit velut fumus, ita ut clamoribus ac stridore nefando quasi de alta rupe inruperit, dicens: „Etsi quidem nunc me non permittis animas hominum lucrari, tamen paratus sum in patrias ignotas, quae circumquaque sunt, ire ad impedimentum tuum". Tunc sanctus Dei Zeno ait: „Non te permittat Dominus agere adversus servum suum". His ita actis, cum ululatu et clamore discessit.</p>	<p>quem Deus creavit". Quod videlicet signum ut diabolus aspexit, velut fumus vento raptius evanuit et clamoribus nimis ac stridore nefando, quasi de alta rupe cum impetu decideret ait: „Etsi non hic me permittis animas hominum mea obsessione lucrari, tamen paratus sum in patrias notas circumquaque sitas, ad tuum perniciousiter abire impedimentum." Sanctus autem Dei Zeno dixit: „Non te permittit Dominus dire aliquid agere adversus servum suum". His ita peractis, cum detestabili ululatu et clamore discessit.</p>
<p>5</p>	<p>Festinans daemon ingressus est domum palatii Gallieni; comprehensam filiam eius, quae eo tempore parentibus unica erat, coepit crudeliter vexare. Tunc miserabilis pater simulque tota domus regia in tristitiam versa cruciati affligebantur, eo quod sic crudeliter suffocaretur. Quae dum crudeli vexatione correpta esset, coepit per os infantulae imperatoris filiae daemone clamare dicens: „Non egrediar a corpore isto, nisi Zeno episcopus venerit, ac per ipsius imperium egrediar." Mox vero ut hoc imperator Gallienus audivit, missis apparitoribus ad perquirendum sanctum virum, coepit sollicitate investigare. Tunc ex iussu imperatoris milites pergunt ad virum Dei. Ille enim sedebat super lapidem, qui in proximo monasterii erat, et piscabatur in flumine. Venientes vero milites, quia inscius illis erat, coeperunt sollicitate interrogare sanctum Dei sacerdotem dicentes: „Quis es tu, homo homo Dei? Indica nobis, si vidisti Zenonem episcopum, quem nos ex iussu imperatoris perquirimus." At ille respondit dicens: „Quamvis plura sint nomina in monasterio nostro de nomine</p>	<p>Festinans itaque daemon ingressus est concite palatium caesaris Gallieni arreptamque filiam eius, quae tunc temporis unica parentibus erat, coepit crudeliter vexare. Miserabilis ergo pater, simulque tota domus regia in tristitiam versa, cruciati et maerore ingenti affligebantur, eo quod tam acriter puella suffocaretur. Quae dum crudeli vexatione corripere, coepit per os infantulae regis filiae daemone clamare dicens: „Non egrediar a corpore isto, nisi Zeno venerit episcopus, ac per ipsius imperium coactus migrabo." Mox itaque ut hoc regi Gallieno innotuit, missis apparitoribus sollicita intentione coepit investigare, sic ubi sanctum potuisset invenire virum. Ex iussu autem regis milites velocibus ad virum Dei gressibus pergunt. Ille vero sedebat super lapidem, qui in proximo erat monasterii et artis apostolicae documenta proficiens, ex more piscabatur in flumine. Venientes ergo milites, quoniam ignotus eis erat, coeperunt sollicitate sanctum Dei sacerdotem interrogare dicentes: „Quis es tu, homo Dei? Indica nobis, si vidisti Zenonem episcopum, quem nos ex iussu regis perquirimus." At ille respondit: „Ad quod missi estis edicite. Ego enim quamvis tantillus servus Christi, tamen Zeno</p>

	<p>isto, quem vos dicitis, tamen quod missi estis dicit. Ego enim, quamvis tantillus, servus tamen Christi sum, Zeno vocor.“. Tunc vero conferentes milites ad invicem dicebant inter se: „Quid multa conloquimur? Indicemus pro qua re missi sumus ad virum“. Respondentes vero dixerunt: „Rogat te imperator, et te vult videre“. Respondit Zeno: „Quid meam vult humilitatem videre imperator, qui omnium Christianorum inimicus esse non desistit“. At illi dixerunt: „Ita enim rogat te imperator, ut filiam ipsius, quae a daemonio vexatur, sanam reddas, quae unica illi est“. Ille vero dixit eis: „Dominus Iesus Christus omnipotens est. Itē – inquit – ecce ego subsequor vos, quia Dei mirabilia oportet et omnibus manifestantur“. Quo dicto abierunt milites.</p>	<p>vocor.“. Igitur conferentes ad invicem milites dicebant inter se: „Quid multa conloquimur? Indicemus pro qua re <i>istum destinati</i> sumus <i>ad virum</i>.“. Tunc <i>patenter inimicantes</i> beato sacerdoti dixerunt: „Rogat te rex venire ad se, quia vult faciem tuam videre.“ Zeno respondit: „Quid meam rex vult humilitatem <i>cernere</i>, qui omnium Christianorum <i>manifestis indicis</i> inimicus esse non desinit?“ At illi respondentes dixerunt: „<i>Obsecrat</i> enim te rex, ut filiam ipsius, quae <i>immani atrocitate</i> a daemonio vexatur, <i>sanitati restituas</i>, quia unica illi est.“ Ille vero dixit eis: „Dominus Iesus Christus omnipotens est. Itē“, inquit, „ecce ego <i>paulatim</i> subsequor vos. Oportet enim ut mirabilia Dei <i>lucē clarius</i> omnibus manifestentur.“ Quo dicto milites <i>viam</i>, qua venerant, <i>repedarunt</i>.</p>
6	<p>Exurgens vero sanctus fecit orationem, et perrexit ad palatium ubi cruciabatur et affligebatur pro sua filia imperator: quo sanctus Dei episcopus, dum iter ageret, ante pervenit, quam hi, qui missi fuerant milites.</p> <p>Facto vero Crucis signo, ingrediente Christi sacerdote palatium, coepit mox per os infantulae daemon clamare dicens: „Ecce tu, Zeno, venisti ad expellendum me, et ego propter tuam sanctitatem stare non possum“.</p> <p>Quo dicto tenens sacerdos manum puellae dixit: „In nomine Domini Iesu Christi praecipio tibi, exi ab ea, daemon“. At ille publica voce coepit clamare dicens: „Etsi hinc a te expulsus fuero eo Veronam: invenies me et eos, in quibus habitem, stantes in platea exspectantes te“. Christi itaque sacerdos sanam</p>	<p>Exurgens vero beatus sacerdos, <i>ne diutius absconderetur civitas supra montem domus Domini posita</i>, fecit orationem perrexitque ad palatium, ubi cruciabatur et <i>lamentabiliter</i> affligebatur pro sua filia rex. Sanctus quoque Dei episcopus Zeno, dum <i>celeriter peragratione</i> iter ageret, ante eo pervenit, quam hi qui missi fuerant milites. Ingreddiente <i>siquidem</i> Christi sacerdote palatium et facto crucis signo coepit <i>confestim</i> per os infantulae daemon clamare dicens: „Ecce tu, Zeno, venisti ad expellendum me et ego propter tuae <i>pavorem</i> sanctitatis <i>hic</i> stare non possum.“ <i>His quidem auditis</i> tenens sacerdos manum puellae dixit: „In nomine Domini <i>nostri</i> Iesu Christi praecipio tibi: „Exi ab ea, daemon!“ At ille <i>publica coepit et horribili voce</i> clamare dicens: „Etsi hinc a te expulsus fuero, eo Veronam <i>ibique</i> invenies me et eos in quibus habitem stantes in platea exspectantes te.“ <i>Christi namque</i> sacerdos sanam <i>mox ab omni daemionicae incursionis</i></p>

	<p>restituit imperatoris filiam.</p> <p>7 Quod vero factum ut vidit imperator Gallienus, admiratione comprehensus, coronam regalem, quam capite suo gestabat, sancto sacerdoti obtulit dicens: „Tali medico, qui sanam unicum filiam meam restituit, nullis aliis muneribus placere possum, nisi ei ipsam quam habeo coronam meam offeram.“</p> <p>Quod factum, dum gereretur, videns multitudo populi qui ad palatium convenerat, ab errore conversa gentili crediderunt in Christum Iesum Dominum nostrum, petentes sacerdotem Christi, ut docerentur viam salutis et baptismum in remissionem perciperent peccatorum. At ubi sacerdos accepit coronam imperatoris, statim distribuit pauperibus dicens: „Si Dominus operatur excelsa, ipsi referatur et gloria.“</p>	<p><i>ludificatione</i> restituit filiam regis.</p> <p><i>Protinus autem</i> ut rex Gallienus vidit hoc factum, <i>attonitus</i> admiratione coronam regalem, quam capite gestabat sancto sacerdoti obtulit dicens:</p> <p>„<i>Tam salutihero</i> medico qui sanam unicum filiam meam restituit, nullis <i>muneribus</i> aliis placere possum, nisi <i>ipsam ei</i> quam habeo <i>meam</i> offeram <i>coronam</i>.“ <i>Cumque</i>, hoc gestum, multitudo <i>vidisset</i> populi, quae ad palatium convenerat, <i>a tenebris infidelitatis</i> et errore conversa gentili, crediderunt <i>unanimitur</i> in Iesum Christum Dominum nostrum, <i>obsecrantes</i> sacerdotem Christi, ut docerentur viam salutis et baptismum <i>mererentur</i> in remissionem <i>percipere delictorum</i>. At ubi sacerdos coronam accepit a rege, statim <i>in partes divisam</i> distribuit pauperibus dicens: „Si Dominus operatur excelsa, ipsi <i>perpetuae laudes</i> referantur et gloria.“</p>
<p>8</p> <p>His ita gestis petiit beatissimus Zeno ut ei licentia tribueretur omnia idola destruendi et in Christi nomine ecclesias fabricandi. Cuius precibus adquevit imperator omnibus quae ille poposcerat.</p> <p>Post haec ingressus sacerdos Veronam civitatem intrepidus praedicabat in Christi nomine verbum, ut diaboli idola destruerentur et in Christi famulus pateretur.</p>	<p>His ita gestis, petiit beatissimus Zeno, ut ei licentia tribueretur omnia idola destruendi et basilicas in Christi nomine fabricandi. Cuius <i>almificis</i> precibus adquevit rex <i>affatim</i> in omnibus, quae ille poposcerat. <i>Nempe talibus et his similibus incedebat opinatus virtutibus, ut completeretur in eo, quod Dominus apostolus ait: „Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et omnem virtutem inimici“.</i> Post haec igitur ingressus sacerdos civitatem Veronam, intrepidus praedicabat in Christi nomine verbum et hoc <i>instanter</i> agebat, ut <i>funditus</i> idola destruerentur et in honorem Domini aedificarentur ecclesiae. <i>Denique, dum haec agerentur, multitudo populi paganorum saevius incessanter moliebatur, ut impedimentum Christi famulus pateretur. Sed</i></p>	

	Sed vigilans in suis servis Christus vincebat mendacium, quod purafides tenebat in corde.	vigilante in servis suis Christo vincebatur mendacium, quod pura et rectissima fides ab infidelium cordibus abigebat.
9	<p>Perfectis igitur his agebat salutaria pro populi intercessione, quod ab ineunte aetate in Christi amore solitus erat. Qui dum hoc instanter ageret, Dei voluntate non multo post receptus in pace est.</p> <p>Et quia in miraculis omni populo claruit, in honore Dei et in ipsius sancti sacerdotis, quidam ex genere Gallieni fecit Sancto nomini ipsius basilicam haud procul a fluvio, ubi nunc sanctum ipsius corpus requiescit, qui etiam venerabilis locus in Christi nomine miraculis coruscat.</p>	<p><i>His equidem ita patris sacrosancta agebat antistes pro populi intercessione salutaria, seu ab ineunte aetate in Christi amore solitus erat. Qui nimirum dum haec indesimenter ageret operante manu voluntatis Dei, cuius in omni vitae transeuntis tempore nutui oboedierat, non multo post in pace receptus est. Porro quia in virtutibus exhibitae sanctitatis veluti fulgidissimum sidus omni populo claruit, in honore Dei et ipsius sancti sacerdotis quidam ex genere Gallieni fecit reverendo eius nomini basilicam, haud procul a fluvio, ubi longo tempore corpus ipsius requievit. Qui etiam venerabilis locus in recta ineffabilis ac beatae Trinitatis confessione signis et miraculis coruscat.</i></p>
10	<p>Post vero aliquod tempus, apud eandem Veronensem urbem, cum die sancti natalii ipsius devote populus una cum clero vel sacerdotibus ad missarum solennia convenissent, fluvius Athesis, ubi super ripam eius reconditum esse dignoscitur corpus, subito tanta inundatione excrevit ut aqua fluminis usque ad fenestras vel tectum ascenderet. Cuius ecclesiae dum essent ianuae apertae, aqua in eam minime intravit, sicque stans aqua ecclesiae ianuam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset immutatum. Quod etiam factum videns populus admiratione comprehensus, qui illic ad</p>	<p>LECTIO SANCTI GREGORII DE MIRABILIBUS BEATI ZENONIS EPISCOPI</p> <p>Quando apud Romanam urbem alveum suum Tiberis egressus est, tantumque crescens, ut unda eius super muros urbis influeret atque in ea maximas regiones occuparet apud Veronensem urbem fluvius Athesis excrevit ad beati Zenonis martyris atque pontificis ecclesiam venit. Cuius ecclesiae, dum essent ianuae apertae, aqua in eam minime intravit. Quae paulisper crescens usque ad fenestras ecclesiae, quae erant tectis proximae, pervenit. <i>Siquidem</i> stans aqua ecclesiae ianuam clausit ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset immutatum cumque essent multi interiorius inventi, sed aquarum</p>

honorem Dei et sancti sacerdotis convenerat, fame sitique se perire acclamabat. Cum ergo essent multi interiorius inventi et aquarum multitudine ecclesia omnis circumdata, et ipsi in quam possint partem egredi non haberent ibique se siti et fame deficere formidarent, ad ecclesiae ianuam veniebant ad bibendum, hauriebant aquam quae, ut praedixit, usque ad fenestras excreverat et tamen intra ecclesiam nullo modo diffluebat. Hauriri itaque ut aqua poterat, sed difflere ut aqua non poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum Confessoris, et aqua erat ad adiutorium, et quasi aqua non erat ad invadendum locum. Et dum tanta esset inundatio aquae, velut murus circumquaque ecclesiae eractus erat, et intus aqua minime ingrediebatur. Quanta enim putamus virtus orationis ipsius apud Deum obtinere poterat, cum et aqua in specie muri erecta erat, et ingredi locum venerabilem non audebat. Unde adcrevit veneratio et timor circa Christi sacerdotem, ut etiam, si fide exigat, infirmi curentur, daemoniaci veniant et liberentur. Et si quis ex vera fide sanctum eius nomen invocaverit, sine dubio eius petitioni annuitur. Multi etenim de longinquis regionibus venientes obsessa infirmitate corpora ad eius sepulcrum iacentes per ipsius intercessionem ad propria cum sanitate et gaudio revertuntur. Ecce multis miraculis ego inutilis Coronatus notarius, quod compertum tenui, in parvo conclusi, ne legentibus vel audientibus fastidium generarem. Praestante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

multitudine ecclesia omni circumdata, qua possent egredi non haberent ibique siti ac fame deficere formidarent, ad ecclesiae ianuam veniebant. Ad bibendum hauriebant aquam, quae – ut praedixi – usque ad fenestras excreverat et tamen intra ecclesiam nullo modo defluebat. Hauriri itaque ut aqua poterat, sed defluere ut aqua non poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum martyris et aqua erat ad adiutorium et quasi aqua non erat ad invadendum locum.